



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,  
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice  
Methodum compendiarum reformationis Ecclesiasticæ à Concilio  
Tridentino factæ continente

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

Principium 7. Supplendum est in Sacramentis sollicitè, quod priùs  
prætermissum suit incantè.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

non pauci sic fieri posse, imò debere etiam contendant, in apud Bulenb. l. 6. tr. 4. c. 1. du. 3. a. 2. videre est.

Deducitur 3. Si infirmus, qui aliud Sacramentum suscipere non potest, extrema Unctione muniendus sit, & oleum annuo consecratum haberi non possit, oleo veteri, aut sine hoc haberi queat, Chrismate infirmum ungi posse, uti non pauci cum Laym. Suar. & aliis docent. Unde universim in eodem casibus doctrina Escobar & Jo. Sanchez à P. Gobat tr. 2. n. 824. relatorum ob oculos habenda est, quã diligens, negotia, in quibus nihil amittendum timetur, sed potius lucrum speratur, audacter tractanda esse.

PRINCIPIVM VII.

Complendum est in Sacramentis sollicitè, quod prius prætermisissum fuit incautè.

Sensus.

Hoc est, quando in Sacramentorum administratione aliquid vel ex necessitate vel alia causa omisissum est, quod vel integritatem Sacramenti, vel ad ritum & cæremonias essentialem pertinet, & alioqui juxta voluntatem & consuetudinem Ecclesiæ suppleri consuevit, non est ejusmodi suppletio minime negligenda.

Authoritas.

Desumptum ex Cap. 1. de Sacram. Non iter. & refertur à Gobat tr. 2. exeg. n. 407. & aliis passim.

Ratio.

Quia, cum Sacramenta sint præcipui ritus nostræ Religionis, per quos suavitatem & præstantiam Legis Gratiæ specialiter ostendit, meritò eorum integritas, & alia, ad reverentiam ac æstimationem illis conciliandam, vel ipsi Christo, vel ab ipsa Ecclesia instituta sunt, sollicitè procuranda.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si Baptismus in necessitate sine cæremoniis fuit administratus, privatim postea suppleri debere, ut ex cap. 57. hanc regulam. 1. q. 1. Et cap. 1. de Sacram. Non iter. & Rituali Romano colligitur. Unde licet Tann. P P Laym.

Laym. Fr. Lugo & alii apud P. Gobat tr. 2. n. 506. asserunt non solere has Cæremonias cum iis, qui ab Hæresi ad Catholicam fidem transeunt, repeti, consultum tamen esse a junioribus, contra hanc consuetudinem agatur, & eum junioribus mitem, apud quos facilius hæc repetitio sine incommodo fieri potest, Cæremoniæ dictæ repetantur.

Deducitur 2. Quando aliquis non Chrismate, sed simplici oleo confirmatus, aut sine manu impositione in Sacerdotium diaconum ordinatus est, utroque in casu supplendum esse ceterum, quod fuit incautè prætermissum, uti cit. cap. 1. de Sacramentis non iter. loquitur.

Deducitur 3. Si in Sacrificio Missæ post sumptum Calicem advertit, à Ministro aquam loco vini affusam fuisse, ad id vinum infundere, & consecrare debere, uti ex Rubricis defectibus Missæ colligitur.

### ARTICULUS VIII.

#### De Principiis ad Sacramentum Evcharistiæ pertinentibus.

##### PRINCIPIUM I.

Quod vitæ spirituali conservandæ institutum est Evcharistiæ convivium, non est trahendum in mortis perniciosum exitium.

##### *Sensus.*

Hoc est, cum Evcharistiæ Sacramentum præcipuè ad hunc finem institutum sit, ut vita spiritualis animæ conservetur, & augeatur, non debet suscipi aut administrari in eo casu, quo in perniciem potius animæ, quàm salutem cedere potest perceptio.

##### *Authoritas.*

Desumptum est ex S. Thoma 3. p. q. 83. a. 6. ad 3. ubi ait: Calix vitæ in mortem verti non debet, & refertur à Gobat tr. 3. Exeg. n. 425.